



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

SAXONIAE
LIBER QVINTVS.

CAPVT PRIMVM.



HENRICVS IIII. *admodū*
 puer patri succedit in regno:
 qui, quod sanguine Saxonum
 ex patre prodierit, indē sciri
 potest, quod pater in Saxonia
 urbem Goslariam tantoperē
 decorauerit: in qua etiam fre-
 quenter commanebat, instru-
 cto palatio & venerabiliter ornato. Sed mater Agnes
 prudentissima fœmina, regni gubernacula aliquandiu
 tenuit: Erat autem filia ducis Aquitaniæ & Wilhelmi, qui
 ordinem post se reliquit & Wilhelmitarum. Nihil erat
 quo viri prudentia desideraretur: Omnia ubiquē pa-
 cata, nihil perturbationis: Erant tamen ex primoribus
 regni principibus, quibus muliebri imperium non satis
 ex dignitate videretur Romana reipublica: in quibus
 Anno Archiepiscopus Coloniensis, vir grauitate, pru-
 dentia, & virtute singulari, qui per ingenium curauit
 puerum regem matri auferendum, quo regni guber-
 nacula pariter adimerentur. Imperatrix autem pueri
 mater, in Italiam se conferens, religiosam vitam duxit
 apud monasterium, quod dicitur Frutera. Indē se Ro-
 mam transferens, in sancta conuersatione vitam ibi si-
 nuuit, sepultaq; est in ecclesia sanctæ Petronellæ. Saxo-
 nes interim, congregato exercitu, inuadunt gentem
 Luticiorum. (Lusatios nunc esse crediderim) & andali
 enim fuere in ea prouincia, quæ nunc est Brandenbur-
 gen-

gensis marchia. Non poterant consistere Scandali in
acie contra Saxones. Fugati, caesi, capti ex his pluri-
mi, obsides dederunt imperata se facturos. Deinde, quia
puer rex in manibus erat principum, contempta matre,
principes in solenni conuentu, duos per Imperium cre-
auerunt ordinarios consules, Colonensem & Bremen-
sem archiepiscopos. Qua occasione implicitus Albertus
Hamburgensis & Bremensis archiepiscopus regni ne-
gocijs, ecclesiam suam videbatur habere in postremo:
Ducum autem temeritas per eius absentiam increuit.
Iura eius imminuta sunt. Sed quae ad ecclesiam perti-
nent, in Metropoli suam habent locum: Hic verò Saxo-
nia gestas res prosequimur.

CAPVT II.

Bernhardus inferioris dux Saxoniae (nam superio-
rem tenuere marchiones, & qui Turingiam ha-
buere, Misnamque, ac partes Herciniae per Imperato-
rum vel concessionem, vel decessionem) iam in vltima
vita annis senex agebat: nam per annos quadraginta
variè rem administravit: filij tamen eius reuerentia in-
destiam pra se ferebant. Vbi verò senex concessit in-
fata, iam sena laxauerunt. Ordolphus ducatum, ce-
mitatum frater eius Hermannus administrare. Sed
quero quem comitatum? Annales non expressere. Popu-
lum autem illum antiquissimum Phrisia de Alden-
borg, vel illum Stadensem, de quo plurima fuit post-
ris controuersia, vel illum Transalbinum Holsatiae, ac-
cipere. Sed plurima in eam partem dicta inclinant, ut
sit comitatus Phrisiae, quem nunc Aldenborgensem ve-
camus. Hi principes pro adolescentia tumescentes, ducem
in ecclesiam & ministeriales eius, conceptum odium dis-
simulare non poterat: Aberat pastor: liberum videbatur
sauri